

in perpetuum una cum obedienti officio servari festinet, eadem decem librarum imminente pena contra hæc prævaricantes, aut prævaricari sinentes. — Dat. 7 id. Mart. CP., imp. Domin. JUSTIN. P. P. Aug. anno 41. JOAN. V. C. Cons.

TIT. XIX.

DE HORTULANIS CONSTANTINOPOLITANÆ CIVITATIS.

NOVELLA CONSTIT. LXIV.

Antonio Contio interprete.

Idem Imp. Longino gloriöss. prefecto felicis et regiae hujus urbis.

PREFATIO.

Multa undique nobis accusationes ex tempore multo contra felicis hujus urbis et ejus proastiorum hortulanos deferuntur, indignantibus cunctis de ipsorum militia. Quia autem delata sunt, talia quodammodo sunt.

CAP. I.

Aiunt ex corpore hortulanorum etiam pretiorum estimatores (seu censores) ut plurimum esse, et rem facere gravem. Quando enim horti dominus ipsum tradit hortulanum mercedem subeunt, nihil aliud quam plantatum in ipso olus astimant, et ejus estimationem taxant, accipienti hortulano seu conductori. Cum redditurus est post implementum temporis conductor, tunc facere eos subtilissimum oleris estimationem, ipsam vero in sextuplo et multiplex offerre: et siquidem ipsi quinqaginta aureorum sit olus, non minus trecentis, interdum etiam et pluris, hoc astimare: et non usque ad hoc solum rei constitutere inexplicabilitatem, sed et majorem illam facere, ut plurimum, dientes quod stercorium injecerunt terram, et quedam inde habeant empomponata, et inde extollant utique quoad possunt estimationem, et super hac pro estimatione plantarum; (forte) arborum alias pretii accessiones facere, tametsi quando a dominis accipiunt, nulla talis expensa imputata sit, etiam haec plurimum in pactis, consentibus hortulanis, quod et custodient implantatas arbores, et alias² plantabant. Sed astimator, etiam in se ipso similem rem paulo post fore putans, revera pro se ipso talen inexplicabilitatem infert, ita ut si quidem miser sustineat dominus ex imperitia tantum sibi inferri damnum et sua recipere, alteri autem tradat hortulanum ipsum hortum, et rursum sub illo idem patiatur, et ad haec plus tercia forte aut quarta parte tanta, patiatur illius avaritiam, periclitetur et ipso penitus excidere horti dominio, et a suis rebus abalienetur, fiat autem et ipsi major quedam impropositus accessio. Nam si post hec adveniens hortulanus addat quid priori reditui, et ipse ab hujusmodi conductione desinens exigat estimationem, tanquam ex empomatibus³ ipsius factam, quamvis nulla penitus accessio ex illius sedulitate facta sit, sed forte ab initio vel per temeritatem eorum qui tradiderunt, vel per desidiam, minoris quam per erat, locantium; que quidem nobis omnia supra omnem videntur esse malitiam et audaciam, quam reprimi volumus a tua excellenti, divine hinc nostræ legi attidente, et ut quemadmodum hortulanus accipit hortum a possessore, ita et ipsum reddere debeat. Et siquidem olus habeat quando hortulanus ipsum accipit, et estimationem fit ejus, similiter et in restitutione, subtilem estimationem oleris solius accipiat. Si vero non habeat, sed nudum accipiat hortum, sive habentem steretus, sive non, sic et restitutionem fieri oportet: et simpliciter sic observari rei ordinem in trandente se reddente hortulano, qualis fuit quando ipse accepit, nullo alio contingente dominando: estimationem autem olerum, non solum ab hortulanis fieri, sed a vocatis *summariis*⁴, et ipsi horum peritiam habentibus, divinis nimirum propositis Evangelii. Non enim volutus possessoribus inutilibus esse possessiones propter conductorum malitiam et inexplicabilitatem. Propter hæc igitur congregatis his definies, neque permittes fraudem aliquam inferri possessoribus, sed undique ipsos innoxios et indemnes custodies. Volumus enim in pari mensura et conditione dominorum erga hortulanos, et hortulanorum erga dominos esse, propterea quod undique paritas nobis cura est, et ne alterutra pars injurya afficiatur.

CAP. II.

Si vero quis terram spinosas squallidam locaverit, hic vero eam excuerit, cultura mercede accipiat, et veram oleris quod ibi erit estimationem, atque ita sine negotio recedat, nulla avaritia, neque callide ex-

TIT. XIX. — 1. Fac. L. 128, D. de verb. sign. — 2. Fac. L. 18, D. de usufru. — 3. L. 55, § 1; L. 61, D. locati. — 4. N. 30, c. 1, § 1.

cogitata arte in ea re admissa: ut per hanc divinam nostram pragmaticam legem, et futuram ex ea dispositionem a tua excellenti, de cetero maneamus ab hujusmodi rebus immolestati, et non reliquis nostris super republica curis, etiam tales superveniant cura. Quandoquidem nobis non parva, non magna nostra republiæ pars extra solicitudinem constituta est, omnia lustrantibus ipsis mentis oculis, et nihil inornatum, neque inordinatum, neque ambiguum manere voluntibus. Comminaberis autem, et penam quinque librarum aurum contra eos qui posthac tale quid facient aut facere permittent. — Dat. CP., JOANNE CONSULE.

TIT. XX.

UT TERRULÆ AUT DOMUS, AUT VINEÆ SANCTISSIMÆ ECCLESIAE MYSIÆ, IN REDEMPTIONEM CAPTIVORUM AUT ALIMONIAM PAUPERUM RELICTÆ, POSSINT ALIENARI SECUNDUM COMPREHENSAM HAC LEGE DISTINCTIONEM.

NOVELLA CONSTIT. LXV.

Integra deest apud Scrimgerum preter superiorum titulum. Ea primi- tuis latina fuit. Ejus epítome græca apud Haloandrum. Latina apud Julianum extat.

Scimus antea promulgasse legem. Hæc constitutio localis est, nam promulgata est de ecclesia Mysia, et jubet, ut si quis rem immobilem eidem ecclesia dederit, vel reliquerit certum redditum habentem: et adjecterit, ut in continentia pauperum redditus administretur, (addit Halander, vel ad redemptionem captivorum⁴) hujusmodi legatum vel hereditatem vel donatione nullo modo alienetur. Quod si incurta redditus eorum sit, domus autem relicta vel vinea procul a civitate fuerit in qua ecclesia sita est, cui legatum vel donatio facta sit, tunc licet tales possessiones vendere. Sin autem domus vel agri aut intra civitatem aut circa muros ejus fuerint, testator autem voluerit venundari ea, et ex pretio eorum redempcio- nes vel alimonias fieri, tunc secundum tenorem verborum testatoris, et in his venditio celebretur. Talis enim rei actus firmissimus est. Qui judicio conventus fuerit, si destiterit, condemnator, quippe malam² causam habens, et prius in jus vocatus, et contestatus, et vocatus legitime, et non obtémperans. — Emissa mense aprilii 14, anno imperii Justiniani sub JOANNE CONS.

DE ALIENATIONE RERUM ECCLESIAE MYSIÆ RELICTARUM PRO CAPTIVORUM REDEMPTIONE ET ALIMENTIS PAUPERUM.

Scimus antea legem promulgasse, per quam omnes alienationes ecclesiasticas inhibuimus. Sed postea alia lege prospexit, quatenus licet pro solutione ecclesias, vel alias quæ p[ro]is dominis deputatae sunt, persolvere. Sed et hoc in nostra venit memoria, quod Martino viro sanctissimo, episcopo Clinate civitatis, firmam et ante legem nostram dedimus prohibentem eum ecclesiasticas res vendere, neque ex potentioribus necessitatibus ei imponant secundum suum propositum res ecclesiasticas alienare. Sed et in nostra venit memoria alia res, quam pro divinis fecimus vasis, pro quibus omnibus abdicavimus, ne cui licet sacrosancta vase vel venundare, vel obligare, nisi tantummodo in redemptionem captivorum: qui anima redemptio alii omnibus rebus pretiosior est. Sed haec quidem antea. Subsecuta sunt quæ nam ratione necessaria nobis fuit ad presentis legis memoriam. Venit etenim in presenti memoratu sanctissimus vir in hanc sanctissimam civitatem, et edocuit nos, multas rerum sine redditu, vel domunculas, vel vineas relinquere ad redemptions captivorum, vel pauperum alimonias, et alienatione prohibita memoratos actus, licet piissimi sint, attamen inhiberi, competens sibi, permitti legem hoc facere. Sancimus itaque, si quis reliquerit ad redemptions captivorum, vel pauperum alimonias, res immobiles, siquidem certus redditus est ex relictis rebus colligendus, manere legatum vel hereditatem, vel donationem, nulla alienatione mutilanda, cum possit ex redditibus redemptio vel sustentatio fieri. Si autem vel certus redditus non est, vel dominus pene diruta, et longe ab ecclesia posita, vel vineæ, quarum fructus non somper similes sed variæ, colliguntur, et incursionibus forsan Barbaricis dediti, in his tantummodo speciebus permittimus venditionem hac speciali lege in memorata provincia fieri, si tamen domus

Tr. XX. — 1. N. 120, c. 9. — 2. L. 75, D. L. 15, § 3, C. de judicis; addit. L. 55, D. de ré judicis.

intrâ fines ecclesie vel vineæ juxta muros civitatis minime posite sint: ita ut in venditionis instrumento ipsa verba testatoris exprimantur, ut ei placuit venditionem fieri, et redemptions ex his captivorum vel alimonia pauperum celebrari. Et si hoc ita subsecutum fuerit, habeat venditio firmitatem, licet sine metu alterius legis, et oeconomicis ecclesiasticis, et viro sanctissimo episcopo vendere, et emptoribus habere easdem res firmare. Habant autem Dei omnipotens crimen economi ecclesie, si pretia quæ accepterit in aliâ causam consumperint, licet piissima sit, et non in predictis duas tantummodo causas, ad imitationem legis quæ super sacra sanctis vasis alienandis lata est. Sic enim venditio necessaria procedat, ne actus piissimi exinde fraudent, et animæ hominum inde pereant, cum et terrarum possessio et rerum immobilia non talem habeat curam, nec ita sit necessaria ut captivorum redemptio et vita egentum, quæ et animas salvant, et Deo omnipotenti placibiles sunt. Gravitas ita que tua que per hanc speciem legem nostra decrevit æternitas, tam effectu mancipare quam observare procuret.*

TIT. XXI.

UT FACTÆ NOVÆ CONSTITUTIONES POST INSINUATIONES EARUM, POST DUOS MENSES VALEANT; PARCIT AUTEM NON CUSTODIENTIBUS SUBTILITATEM CONSTITUTIONUM SUPER¹ TESTAMENTIS IN RELINUENDO QUADRANTE, AUT NON SUBSCRIBENDO NOMEN HEREDIS, AUT NON DICENDO.

NOVELLA CONSTIT. LXVI.

Idem Imp. Aug. Joanni gloriöss. sacrorum per Orientem prætoriorum prefecto, iterum exconsuli et patricio.

PREFATIO.

Semper legum nobis occasione motorum negotiorum præbuerunt causæ. Pluribus enim nobis additionibus factis occasione nostrarum constitutionum, quas super successoribus scripsimus: (quale est, ut oporteat testatorem propria² manu heredis scribere nomen, et ex quantis³ uncis reputari oporteat Falcidiam, quam filii parentes relinquunt, sive ex tribus, sive ex quatuor, sive etiam ex pluribus) et multis propter hoc periclitibus testamentis cadere, ne completerentur quæ in eis scripta sunt: quia licet facta sint leges, tamen non sunt cognite aut provincialibus, aut etiam hic nondum forte propositæ: nullique manifestata: necessarium existimavimus talia lege brevi corrigerem.

CAP. I.

Sancimus igitur ex illo nostras constitutiones, quæ pro testamentis sunt, valere, ex quo in commune facte sunt manifestæ. In provinciis autem, ex quo discretae per metropolitas palam facta sunt, vel postea facta fuerint: ne legum ignorantia (secundum quod dudum tenuit) testamenta homines facientes, videantur prævaricari legem. Ut autem aperius adhuc causa declaretur, sancimus, si scripta fuerit hujusmodi lex, hanc post duos menses dati ei tempore valere, et in republica tractari, sive in hac felicitate civitate, sive in provinciis, post insinuationem sufficiente hoc tempore omnibus manifestata eam constituere et tabellionibus ejus cognoscitibus virtutem, et subjectis agnoscentibus, legemque servabitur. Si nulli omnino erit declinatio, ut nostram custodiatur legem. Non enim volumus deficientem infringere voluntates, omnibus siquidem studemus ratas eas constitutæ. Cur enim culpabimus eos qui positas nostras ignoraverint constitutiones: vel si post⁴ padulum forte quam scripta lex est, et adhuc ignorata, decesserint testatores, et propterea in testamentis aut non scriperint propria manu heredum nomina, aut etiam tres uncias solum reliquerint filio, et non quatuor: in quo legem non possumus esse contingit, aut positam, et eo quod nondum proposita fuerit, justè ignoratam? — § 1. Igitur etiam haec, licet antiqua constitutio sit, et in cognominis nostri positâ constitutionum codice⁵, quæ scribi propria manu hereditis nomen disponit, tamen plurimi præter ejus testati sunt virtutem, ignorantes ejus legislationem: et haec talia prætermis denuntiantur nostra potestati et omnibus semper talia poscentibus, veniam dedimus, quoniam non

dam fieri has manifestas evenerat: et sacras super his fecimus formas justam eis largientes veniam. Ne igitur importunitatem patiamur de his per singulos et dies et formas scribere cogamus: propterea sancimus (sicut dictum est) seniores quidem in Justiniano positam cod. legem valere, licet quidem ex quo insinuata est: in provinciis autem ex quo directa et palam facta est in unaquaque metropoli aut alia civitate. Tempore namque plurimo transeunte, et nostro codice ubique directo, non recte ignorabitur. — § 2. Alteram vero novellam⁶, quæ inter constitutiones post codicem positâ est, decernentem quod filii relinquatur, valere et in hac felicitate civitate, et in provinciis post duos menses insinuationis, sicuti prædictum: co quod factis a nobis uniformibus constitutionibus de mensura institutionis filiorum, alia quidem Greco-Roman lingua conscripta: propter multitudinis frequentiam, alia vero latina, quæ etiam firmissima propter reipublica figuram est: illa quidem kalendarum Martiarum habet conscriptionis tunc diem: non autem tunc insinuata est: alia vero est latina voce conscripta ad Salomonem gloriössimum apud Afros sacrum præsulam tunc prætoriorum kalendis aprilis. — § 3. Quia vero neque græca lingua conscripta, mox palam facta est et directa, denique etiam quæ hic ad gloriössimos prefectos sacrorum nosrōrum prætoriorum conscripta est, id est, græca lingua, Mayo mense insinuata est in eadem sede atque directa: ideo sancimus oportere ejus legislationem⁷ quæ de mensura institutionis filiorum eloquitur, valere hic quidem ex kalendis Majis, ut duos menses ei servemus: in provinciis autem ex quo haec palam facta est, etiam ibi duobus mensibus post insinuationem servandis. Si vero nondum haec in omnibus provinciis destinata est. velocior et eam et alias, quæ forte non misse sunt adhuc, aut etiam postea comitate Deo a nobis facienda mittit nunc vel mittendas esse: quatenus nostra constitutiones in metropolitanis civitatibus fiant vel facienda sint manifesta. Provinciarum vero præsides ipsos mittere eas, et missus esse per omnes civitates sub unaquaque provincia constitutas: ut nullus de cetero occasionem sumat cuiuslibet ignoracionis. — § 4. Unde præterit omne justam habeat veniam, valeantque defunctorum voluntates et dispositiones, vel si nuper factæ sunt, sicut eas illi fecerunt: vel si secundum prius tenentem legislationem literis⁸ propriis non scripserunt heredum appellations, aut testibus eas non fecerunt manifestas, aut tres uncias et non amplius reliquerunt filiis. Non enim infringi (sicuti prædictum) defunctorum volumus dispositions: sed ratas esse per omnia declaramus: ut si vel proxime⁹ scripta sint testamenta post positionem legis, nondum vero contigerit constitutiones factas innovuisse: et superviventibus fortis testatoribus non sunt mutata: maneant etiam sic institutions, que ab initio secundum tunc certas extantes factas sunt leges, propriam virtutem habentes, et non accusande eo quod tempore quo supervixerint illi, eas non mutaverunt. Non enim omnia sunt in nobis, nec semper quibusdam tempus fit testandi repente, plerisque enim incident hominibus mortes, testandi cito est potestate auferentes. Quamobrem ab initio factum recte, eo quod non fuerit mutatum, non arbitramur postea mutari, aut aliquo modo infringi: sed immutat manere quæ tunc placuit testatoribus sentientiam, valideque servari. Erit namque absurdum, ut quod factum est recte ex eo quod tunc non erat factum, postea mutetur. — § 5. Collective igitur dicendum, percipient filii relicta sibi (si ita contigerit) a patribus tres uncias ex testamento ita factis, aut ante legis positionem, aut post positionem legis, antequam haec tamen apud iudices innotescerent. Si vero adjectum sit testamento, oportere quod reliquum est, eis impliri, secundum quod tunc legibus debebatur: hoc percipiendum secundum antiquas leges: ut si quid deest tribus uncias, secundum illas supplementum fiat, non in quadriuncia, quod postea quidem sancitum est, nondum tamen tunc agitur.

EPILOGUS.

Quæ igitur placuerunt nobis, et per hanc sacram declarata sunt legem: præceptis propriis tua eminencia omnibus faciat manifesta, et qui in hac maxima civitate, et qui foris inhabitant: quatenus omnibus fiant palam sanciti sunt. — Dat. kal. Mart. Constantinop., Dom. JUSTIN. P. P. August. anno 11, JOAN. V. C. Cons.

* In pr. supr. huc.

¹ Tr. XXI. — 1. N. 120, c. 9. — 2. L. 75, D. L. 15, § 3, C. de judicis; addit. L. 55, D. de ré judicis.

² 5. d. L. 22. — 6. d. N. 12. — 7. d. N. 18. — 8. N. 167, c. 1; alterius, N. 119, c. 9.

TIT. XXII.

UT NULLUS¹ FABRICET ORATORII DOMOS PRÆTER VOLUNTATEM EPISCOPI; ET UT DEPUTET PRIUS QUÆ CIRCA DILIGENTIAM ET STATUM FABRICATORIORUM SUFFICIENT; ET UT EPISCOPI² NON DESINT SUIS ECCLESIA; ET DE ALIENATIONE ECCLESIASTICARUM REM IMMOBILIUM³.

NOVELLA CONSTIT. LXVII.

Idem Imp. JUSTINIANUS AUGUST. Mennæ sanctiss. et beatiss. archiepiscopo Constantiopolitanu, et universi ejus tractus patriarchæ.

PRÆFATIO.

Ea quæ de sanctissimis ecclesiis sunt, multis comprehidentes legibus, adhuc etiam alia lege egemus, ad exorta negotia, et rursus emergentia sufficiens. Plurimi namque nominis causa, non ad opus sanctissimum ecclesiarum accedunt, deinde eas redditantes, nequam curam ponunt, ut expensas quoque eis deponant decentes, et ad luminaria⁴ et ad observantium alimenta, et ad sacra ministeria: sed deserunt eas etiam in nudis ædificis constitutas, et aut destruendas, aut omnino sacro ministerio defraudandas.

CAP. I.

Sancimus igitur præ omnibus quidem illud fieri, et nulli licentiam esse, neque monasterium, neque ecclesiam, neque orationis domum incipere ædificare, antequam civitas Deo amabilis episcopum orationem in loco faciat, et crucem⁵ figat, publicum processum ibi faciens, et causam manifestam omnibus statuens. Multi enim simulantes fabricare quasi orationis domos, suis medentur languoribus, non orthodoxorum ecclesiarum ædificatores facti, sed speluncarum illicitarum.

CAP. II. Ut⁶ qui ecclesiæ ædificant, quæ ad curam et constitutionem ejus et conservationem pertinent.

Deinde non aliter quæciam ecclesiam ex novo ædificare, priusquam loquatur ad Deo amabilem episcopum, et definit mensuram quam deputat et ad luminaria et ad sacrum ministerium, et ad incorrumpendæ domus custodiæ, et observantium alimenta: et si sufficienter habero videtur, faciat prius donationem eorum quæ futura sunt deputari: et ita dominus ædificetur. Si autem non sufficiat quidem aliquis ad hoc nomen⁷ forte desiderans, quo et ipse fabricator ecclesiæ vocetur, et vult aliquid tale facere (multa enim et in hac regia civitate, et in provinciis ecclesiæ sunt, in quibus competenter quidem administratio modo, periculum vero ruinae patiuntur per velutatem aut etiam parva constituta sunt, et inordinata secundum desiderium eorum qui in eis deputati sunt) licebit ei unam talium ecclesiarum accipienti hanc ædificare: et hic voluntate Deo amabilis orthodoxorum episcopi res agenda est: sic enim poterit et sacre domus fabricator vocari, et nihil de suo superexpendere: deputatis jam circa hoc expensis oblati ab eis, qui etiam prius has expendebant.

CAP. III. De episcopis non residentibus in propriis ecclesiis, sic Julianus epitomator.

Illud quoque sancimus, quatenus secundum jam a nobis prolatam legem⁸, Deo amabiles episcopi in suis ecclesiis manent, et non relinquent quidem eas, tempus vero multum hic morentur, et cogant per provincias economos expensas sibi transmittere, et sanctissima ecclesia expendat, quod et ipse inde ei observare non patiatur. Sancimus igitur jam a nobis positam legem in sua manere virtute. Si vero defuerit Deo amabilis episcopus ecclesiæ suæ amplius tempus, nullam ei mitti expensam de provincia: sed illam quidem circa actus pios et sanctissimam ecclesiam expendi: ipsum vero hic errantem non expensis sanctissimam ecclesiam prægravare: cum certum sit, quod si plurimo tempore defuerit, quæ jam a nobis super eisdem sanctis sunt, valebant.

CAP. IV. De alienatione rerum ecclesiasticarum immobilium.

Quoniam vero contigit jam nos sanxisse⁹, ut si qua in provinciis alienatio rei immobili ecclesiastica facienda est, secundum decretum hanc procedere, sicuti dudum prolatum a nobis constituto dicit: agi vero decretum¹⁰ non solum presente Deo amabili episcopo civitatis, ejusque clero, sed etiam metropoleos episcopo: nec non et illud insuper est san-

¹ Tir. XXII. — 1. N. 151, c. 7. — 2. N. 6, c. 2. — 3. N. 7, — 4. N. 2, infra. hic. — 5. N. 151, c. 7; addit. N. Leon. 14. — 6. N. 125, c. 18 — 7. In pr. supr. hic; addit. L. vlt. in fin. D. de

citum, ut si metropoleos sanctissimus episcopus fatus est venundare, sive ejus ecclesiae sanctissimi economi, quid oporteat fieri: etiam hoc adjicimus, ut duo ex synodo que sub eo est, Deo amabilium episcoporum, quoscumque elegerit, ipsi intersint, et alia omni observatione custodita quæ jam sancta est, praesentia duorum Deo amabilium episcoporum adjicatur: ut secundum se videatur cum sua synodo rem agere: et sicut ipse rem facit credibilem et sufficientem ei qui sub eo constitutus est, dum præsens est: ita et ipsi quæ sub eo est synodus præsens, per duos Deo amabilium episcoporum videbitur rem præbere cautiessimam, sumendum ex hujusmodi synodo testimonium.

EPLOGUS.

Hanc itaque nostram legem, et ad sedem tue beatitudinis, et ad ceteros sanctissimos patriarchas missam, ipsi per literas proprias sub vos metropolitis facietis manifestam, ut illi palam faciant sub se constitutis episcopis: ut nullum latenter quæ a nobis constituta sunt. — Dat. kal. Maij C.P., imp. DN. JUSTIN. P. P. A. anno 12, JOANNE V. C. Cons.

TIT. XXIII.

UT CONSTITUTIO SACRATISSIMI IMPERATORIS DE SUCCESSIONIBUS NUPTIALIUM LUCRORUM, QUÆ APÆDIÆ, ID EST NON EXSTANTIUM LIBERORUM, LUCRA INTRODUCIT, OBTINEAT IN HIS FACTIS, QUÆ ACCIDERUNT POST CONSTITUTIONEM: IN HIS AUTEM FACTIS, QUÆ IPSAM PRECCESSERUNT, LEONIS CONSTITUTIO LOCUM HABEAT.

NOVELLA CONSTIT. LXVIII.

Antonio Contio interprete.

PRÆFATIO.

Scimus Leonis¹ pia memoria constitutionem de his scriptam, qui ad secundas pervenient nuptias, sive viri sint, sive feminæ, et nuptiale lucrum procreatis ex illo matrimonio liberis sancte custodiem, et eum qui ita luteratur solius ususfructus dominum facientem: dominum autem illis conservantem, et jubentem ut si quidem filii vel nepotes moriantur nullo superstite, per quem, qui ad secundas nuptias transiit, dominio privetur: tunc immota et solida apud luterantem etiam perveniat dominii utilitas.

CAP. I.

Ipsum nos nuper² corrimus, alia quidem statuentes, volentesque ut heredes mortuorum liberorum vel nepotum, sive parentes sive alii quicunque sint, habeant inde aliquod subsidium, lucenturque etiam iure dominii per eorum mortem quantum ex pacto non existentium liborum erant luteratur: reliqua vero pars ad heredes filiorum vel nepotum qui mortui fuerunt, perveniat: nihil enim a nobis occasione ususfructus immutatum est. — § 1. Hoc itaque et nunc, et in omne tempus obtinere volumus, praterquam in his filiis qui mortui fuerint ante nostram constitutionem. Postquam enim prevenit lucrum solidum jam adjectum ei qui ad secundas pervenit nuptias, liberis ante legem mortuis, nequicquam laboraverit nostra lex circa ea que lex³ pia memoria Leonis revertens sub suam rededit potestatem. Itaque non solum filii aut neptibus non existentibus secure habebunt, que lucratii fuerunt, sed et si quid eorum apud alios est, secundum jus quod dominis competit, evincet. Hoc igitur brevi lege comprehendentes, hujusmodi dubitationes tollimus, ne assidue super causis molestiam patiamur: sed lege hac communis recolentes, his liberemur turbis, volentes servari formam que nostram legislationem præcessit, ei qui ante eam beneficio affici meruit.

EPLOGUS.

Tua itaque excellentia quæ a nobis hac de re constituta sunt in hunc modum omnibus manifesta propriis præconis et programmatis efficerem studeo. — Dat. 8 kalend. Jun. imp. Dom. JUSTIN. P. P. A. anno 12, JOANNE V. C. Cons.

operib. publ. — 8 N. 6, c. 2. — 9. N. 46. — 10. N. 7, c. 9.
Tir. XXIII. — 1. L. 6, c. 2. — 2. C. de secund. nupt. — 2. N. 2, c. 3. — 3. d. L. 6.

TIT. XXIV.

UT OMNES OBEDIANT JUDICIBUS PROVINCiarum ET IN CRIMINALIBUS ET IN PECUNIARIIS, ET IBI NEGOTIA EXAMINENTUR, NULLO EXCEPTO PER PRIVILEGium: NEC HUC CONVENTI DEDUCANTUR, NISI SACRA PRAGMATICA FORMA EXHIBERI QUEMPIAM JUSSERIT.

NOVELLA CONSTIT. LXIX.

Imp. Just. Aug. Constantinopolitanus.

PRÆFATIO.

Unam quidem esse omnium perfectissimam virtutem arbitrandum est hominibus, quæ jura omnibus distribuit: hæc est ex causa cognominata justitia⁴. Etenim unamquamque aliarum virtutum nisi subsequentur hujus bona, fieri nihil horum quæ competit: itaque nec fortitudinem quam non est cum justitia, laudabimus: cum scilicet patria lingua fortitudinem in armis, virtutem⁵ appellat solum: et si quis ab ea justitiam subtrahat delictorum colummodo, non quorundam bonorum fieri occasio, quam in nostris provinciis intuentes contemni, lege placenti Deo eam corroborare, et ad fortitudinem decentem reducere judicavimus oportere. Plurimorum namque alii quidem literas sacras, alii privilegia, alii pragmaticas formas, alii præcepta iudicium, quidam alias ex aliis adiuvantes occasiones sibi peragunt peccandi: quidam in provinciis et extra eas litigare simulant. Qui enim in quolibet loco male patitur, aut aliquod suorum amittit, aut de terminis terre litigat, aut de proprietate, aut de possessione, aut de hypotheca, aut de alio quocunque: quomodo valebit in alio loco probations horum quæ pertulit exhibere? haec enim agentes, ostendentes potentiam solam et fortitudinem, ita juste credentes talia machinantur: et hæc homines perpetrant tanquam perpetua virtutem habituos se confidentes, et non respiciunt ad milia et decies milia exempla, quia sero tandem et in personis numerabilibus ex potentibus videmus potentes procedere, et ex divitibus divites: in omne autem ævum pene ex potentibus procerissunt inanes, ex divitibus autem pauperes: dum patrum iniustitiam soboles est secula: et non cogitant neque reputant, quoniam quod ipsi quasi per se machinantur potestatibus utentes: hoc forsitan contra eos qui ex eis procreantur, agunt: non eadem potentia sequente sobolem, quæ illos sequitur.

CAP. I.

Hæc⁶ considerantes, presentem ponere legem existimavimus oportere: et præcipimus omnibus in provinciis iudicibus quicunque nostris obediunt sceptris in universa ditione, et que ascendenter videt: et que occidentem solem, et que ex utroque est latere: ut unusquisque in⁷ qua provincia deliquerit, aut in qua pecuniarum aut criminum reus sit, sive de terra et de terminis, sive de proprietate, sive de possessione, aut hypotheca, vel de qualibet alia occasione: illuc etiam iuri subjaceat: (hoc enim apud legislatores præcedentes varie quidem dictum est, licet non pure, et sicut nos illud consideravimus) ut ultra terminos litigare non querat. — § 1. Sive enim magna delicta sint, sive contractus consistant, oportet omnibus modis super eis et conventiones esse, et scripturam, si opus fuerit, et examinationem provincialem proper facilem probatum: sive quidem in parvo quisquam similiter deliquerit: sive magis adhuc peccatum fiat: quale est si nec in parvis jure potiatur, sed expectet venire in extranea terre provinciali: illici eum convenire, et de talibus litigare: quem neque presentem, neque in provincia forsitan, propter virtutem illius, aut infirmatorem suum convenire poterat competenter. Quid enim erit durius, quam læsum circa sublationem bovis, aut equi, aut jumentorum alicuius, aut pecudum, aut (ut exiguum dicamus) domesticæ gallinae, hunc cogi non in qua austerior provincia litigare, sed alibi currere, et ibi probations horum que pertulit exigere: et aut plures expensas pati, quam rei estimatio est, aut inopiam ingemiscentem ferre? Hinc nobis multitudo plurima est interpellantur quotidie: et credo in talibus causis inquietamus parvarum gratia occasionum: et ipsi multas sustinentes importunitates, et videntes plurimam quidem multitudinem virorum, plurimamque mulierum ex propriis locis agitatas, et ad hanc venientes felicissimam civitatem: quorum plurimi etiam mendicantes et afflictii huc agunt: interdum quoque hic moriuntur.

Tir. XXIV. — 1. N. 50, c. 9, § 1. — 2. For. L. 1, § 6, D. de postulando: L. 4, pr. D. de his qui non infam: L. 21, in fin. pr. D. de capiti: L. 22, C. de postum. — 3. Autem. Quia in provincia, C. ubi de criminib: — 4. L. 7, § 4, D. de accusationib: L. 28, § 15, D. de penit: L. 2, D. de re militari; L. 3, in fin. D. de offici: præsid: L. 54, in fin. D. de procur: L. 2,

CAP. II. De præsentibus reis.

Si igitur fuerint ambo in provincia et actor et reus, nequaquam ad aliam provinciam causa trahatur, neque ad hanc felicissimam civitatem, neque ex privilegio cuiuspiam, neque ex iussione: sed illius decidatur. Si vero alter quidem est, alter autem abest: qui vero præsens est, ex domo absenti injustitiam patiatur: coveniatur omnibus modis ipse qui injustitiam egit, sive curator, sive conductor, sive quicunque sit ejus: et licet ei secundum provincie spatium, et secundum legem communem antiquitus positam inducas accipientem, non tibi quæ de his gesta sunt, illi ad quem causa refertur. — § 1. Sed si quidem vicina provincia est in que hoc agitur, una etiam duabus mansionibus in medio provinciarum constitutis: quatuor ei mensium dare inducas: si vero maius sit spatium, sex. Si vero ex Palestina forsan, aut ex Ægypto, aut ex spatio gentium longinquarum, menses octo ad hoc sufficient. Si vero ex Hesperis gentibus, aut Septentrionalibus, aut e Lybia: tunc quod etiam præcedentibus legislatoribus sufficiens visum est esse tempus determinatum, hoc est novem mensium: ut ille (si quidem ipsi nuntianti credat) item illi eam committat. Si vero aliquid aliud de illo sapit, alium dirigat suscep turum modis omnibus actionem, et completurum omnino que decernenda sunt: nisi appellata fuerit subsecuta, sive in majori, sive in minori causa. Si autem ille quidem nuntiat⁸, ille vero non ordinet, et statutum transactum tempus: tanquam firme agentem eum qui conventus est, et pro absente persona, etiam invitus representet negotii judex apud suum tribunal, et causam examinans presente eo qui conventionem suscep tur, condemnat etiam eum in quo obnoxius apparuerit, et insuper illum post hujusmodi admonitionem mittere in provinciam non volentem: si tamen omnino obnoxius apparuerit, et si quidem locuples sit: ipse exigitur quæ decreta sunt, si vero minus sit quod habet, ut non sufficiat in ista condemnatione: tunc et absentis rebus compleatur victori damnum hujusmodi.

CAP. III. De absentibus reis.

Si vero neque ipse apparuerit, qui dominum litis presentare jussus est, aut qui pro eo legitime cogatur: tunc vocetur quidem legitima voce, non autem obediens condemnetur et absens, secundum schema quod appellatur cromodicum, id est, deserteræ cause. Nam qui per contumaciam deserit, in nullo minor⁹ presente putabitur. Si vero ille quidem forsan advenierit, aut miserit quæpiam, accusator autem desit, tunc et absolvetur eum, et dannæ¹⁰ ejus nederi calumniatori cogat, sic erunt temperatores: sic peccare cessabunt: sic non putabunt potentiam divitiarum justitia prevalere. — § 1. Nec latet nos, quia forsan nec sufficiat hoc ad perfectissimam cause medelam: cum judicantes potenterib[us] magis quam justiora voluntibus et ad provincias venientibus prestant. Sed tamen novimus plurimam iniustitiam curata ab hac legi ratione, magis autem quam justiora voluntibus et ad provincias venientibus prestant. Sed tamen quantum ad nos est, totum erit sanatum; namque non aliter tradimus cingula, nisi¹¹ prius jusjurandum subierint hæc accipientes, justè omnibus judicare, et puras servare manus. Non puto post presentem legem altero quilibet egebenus augmto, si illi quidem justè judicent ad legem simul et jusjurandum responentes.

CAP. IV. De fori præscriptione tollenda.

Arripiat autem nullus provincialibus cingulis violentos, nullo utens privilegio, aut potestate, aut forma: nisi forte sacra nostra pragmatica forma occasione publicæ cause præcedens, exhibuit hic quæpiam inferri præcipiat: aut ex lege hoc faciat, quale est super appellationibus: licet etiam hoc ex multa parte curavimus, plurimos majorum iudicium in provinciis appellationum constitutes, ut apud illos magis appellatio, quando non de maximo negotio fuerit quæstio, quam in hac examinetur maxima civitate. — § 1. Hanc dicentes justitiae legem, adhuc potius faciemus eam justiore, si nulli permittamus habere contra eam quadam præscriptione: neque excepti ab hac lege quilibet privilegio: nec si culibet sanctarum ecclesiæ largitum sit, aut alicui venerabilium xenodochiorum, aut aliis venerabilibus domibus, aut aliis cuilibet ipsarum domuum imperialium, aut sacro patrimonio, aut sacræ privatæ, que merito post supremum honorem secundo loco sunt posita: nec si aliquibus iudicibus, aut in potentatu positis, aut omnino sub nos constitutis hominibus, sed obedientiis omnes legi, et succumbentes justitiae sanctioni, honorent eam, et per omnia habeant soritem: non solum in semetipso resipientes, sed etiam in futuras successiones: et scientes quia nihil in semetipso manet, sed currit natura, semper multas evolvens mutationes, quas neque previdere facile est, neque prædicere: solum afficiunt huc agunt: interdum quoque hic moriuntur.

24; L. 19, § 2; L. 56, in fin.; L. 45, D. de iudicis: L. 2, C. ubi de ratio[n]e tot. tit. C. ubi de criminib: L. 21, in fin. pr. D. de capiti: L. 22, C. de postum. — 3. Autem. Quia in provincia, C. ubi de criminib: — 4. L. 7, § 4, D. de accusationib: L. 28, § 15, D. de penit: L. 2, D. de re militari; L. 3, in fin. D. de offici: præsid: L. 54, in fin. D. de procur: L. 2,

modo Deo, et imperatore sequente Deum, hæc gubernare mediocriter et mansuetæ valentes. — § 2. Si vero quisquam utatur aliquibus sacris formis, sive pragmaticis, sive aliis, de tali quodammodo sibi largitis: erant omnino infrimes, judicibus maximam solventibus penam, si omnino suscepint: et non hoc quod¹¹ fit, solummodo meditabuntur, sed quod etiam faciendum est: etenim si posthac tale aliquid impetratur ab aliquibus nostrorum subjectorum, aut ab alio quolibet, quibus prius interdiximus, inter quos complectimur (sicut dictum est) ecclesias, et venerabilia monasteria, et sacras nostras domos, et sacra privata, et sacram patrimonium: neque hoc omnino valebit. Erit autem hæc lex ubique suam juste extendens virtutem, et simul quidem futura caute constituens, simul autem quod pretererit curans. — § 5. Scitote igitur omnes subjecti, quos Deus nostris progenitoribus et nobis donauit, quoniam hanc vobis damus legationem, omnem vobis cautelam conferentes: et neque itinere fatigantissimi longiore, neque adversus maximos lacrimabitis: neque nos culpabitis tanquam haec non corrigentes: sed unusquisque de proximo respiciens penam, in quibus forte damnificatur atque luditur, et hanc curam videns, magnum et bonum laudabit Deum, qui haec nos sancire bene et juste illuminavit. Sit ergo pena talia committentibus aut suspicentibus judicibus et cinguli casus, et decem librarum aurum.

EPILOGUS.

Gloriosissimi igitur praefecti nostrorum sacerorum prætoriorum, qui per omnem subjectam terram consistunt, legem hanc cognoscentes proponant, et per dioeceses sub se constitutas, et in omni¹² Italia, et Libya, et insulis, et Oriente, et quodcumque in Illyrico est: ut sciant omnes, quomodo eorum curam habemus, Deo qui tanta nobis contulit offertentes legem: qui magnam nobis pro eis recompensationem dabit, dum talia pro causa subiectorum salutis sanciverimus: proponatur Constantiopolis, civitas nostris. — Dat. kal. Jun. Constantinop., imp. Justin. P. P. Aug. anno 12, Joanne V. C. Cons.

TIT. XXV.

UT ORDINARIE PRÆFECTURÆ URBANÆ ET PRÆTORIANÆ DUÆ ET PRÆFECTURÆ QUÆ IN CINGULO ET QUÆ IN ACTU SUNT, SOLÆ, NON ETIAM HONORARIE LIBERENT A CURIALI FORTUNA.

NOVELLA CONSTIT. LXXX.

Imp. JUSTIN. AUG. Joanni gloriōsiss. Orientalium prætoriorum praefecto, iterum exconsuli ordinario et patricio.

PRÆFATIO.

Plurima horum quæ olim sancta sunt, neglecta, et non facile in republica tractata, omnino visa sunt absque lege et sine legislatione consistere. Novimus enim quia antiquitus erat quædam prefectura figura¹, quam honorariam vocabant, codicillis ab imperio super ea collatis: hanc autem ita nominabant, ut nihil aliud nisi purum honorem iis, quibus prebebatur, conferret, quæ curiales non liberabat a fortuna curiali, nisi quis eam ipso opere ministrasset: et sicut de gloriissimis magistris militum videbimus, quia nullus ex magisterio armorum eripitur fortuna curiali, nisi cum opere gesserit, (nam et magistrorum militie prefectorum esse nostræ dicunt leges: puri vero magistrorum militie codicilli solam præfuent dignitatem, fortuna non liberantes,) sic etiam in ipsa prefectura si futurus sit aliquis liber hujusmodi fieri fortuna, necesse est in ipso cingulo designatum, ab ea curia vinculis liberari.

CAP. I.

Renovamus igitur hujusmodi legem, sancientes, si quando visum fuerit imperio honorare curiale, ut etiam liber fortuna, dare ei codicillos administrationis, et preparare eum in talibus constituti sedibus aut cingulis urbanae prefectura senioris Romæ, et novæ videlicet hujus nostræ, aut in prætorianis tribunalibus, et Orientis, et Hesperia, et Libye nec non et Illyrici: quos omnes sub nobis fecit Deus: et ita libertate frui, quatenus magno promeriti honore, et in carpentis vecti, et clamores præconum audentes, insuper judiciales concordantes sodes, hujusmodi fortuna liberi constituentur. Si vero solo eos participare voluerit honore,

¹¹ L. 15, C. de sentent. et interloc. — ¹² N. 79, c. 2.

Tit. XXV. — 1. L. 25, C. de procuratorib. — 2. Authent. Hoc jus, C. d. 1. — 2. L. ult. C. de injur. — 4. L. 3, C. ubi senatores.

sieri quidem codicillos, et his dari: tantum vero valere hujusmodi imperiali largitatem, ut ille honoratus quidem sit, et maxima curia pars esse videatur: non tamneque provinciali curia, neque ejus albo liberetur: sed maneat sub antiqua fortuna, solum lucratus honorem: et ita gratias agens Deo et imperio, quia migravit, eum ad meliora prioris tranquillitatis educens. Sitque etiam hoc additamentum imperialium præmiorum, quod neque publicum minuit, neque fortuna, neque conseruit ei functionibus privans curiam: et ei qui hanc promovererit, etiam presentem addens fortunam, et ostendens honoratiorem, et aliis curialibus dignitate solummodo præcedentem.

EPILOGUS.

Quæ igitur placuerunt nobis, tua celsitudo servare festinet: sciens quia neque curiales minuimus, et honoratores eos omnibus demonstravimus: ut sciant haec civitates per tua præcepta, quatenus imperio datur. — Dat. kal. Julii CP., imp. DN. JUSTIN. P. P. Aug. anno 12, JOANNE V. C. Cons.

TIT. XXVI.

UT AB ILLUSTRIBUS, ET QUI SUPER EAM DIGNITATEM SUNT, OMNIMODO SUPER PECUNIARIIS CAUSIS, SED ET INJURIARUM CRIMINALITER PER PROCURATOREM DICANTUR: CLARISSIMIS AUTEM IN PECUNIARIIS LICERE EIS ET PER PROCURATOREM ET PER SE LITIGARE.

NOVELLA CONSTIT. LXXI.

Idem Imp. JUSTINIAN. AUG. Joanni gloriōsiss. prætoriorum per Orientem praefecto, iterum exconsuli et patricio.

PRÆFATIO.

Quæcumque procedunt quidem quasi honoris causa, schematis melioris sunt: quod autem hinc evenit, non honorem, sed forsan etiam quandam lesionem inferens, hoc bene habere judicanus brevi mederi lege. Fertur enim quibusdam constitutionibus¹, ut nulli clarissimorum licet per se item exercere, sed per procuratorem omnino. Sed hanc quidem antiquitas pro dignitate honore scriptis: multis autem conspicimus dignitates quidem adeptos, et inter clarissimos inscriptos, aut comites, aut tribunos, vel si qui alii consistunt hujusmodi: subsuntque vero minoris dominos, ut penitus non sufficiant ad procuratores ordinandos, et propter hoc agendas expensas.

CAP. I.

Sancimus² igitur usque ad magnificentissimos illustres haec valere, et modis omnibus eos per procuratores pecuniarias exercere causas: nec non etiam injuriarum³ per procuratorem criminali modo movere, secundum quod datum est eis super hos privilegii: ne cogantur aut sedere cum judicibus cum judicant: aut stare⁴ rursus tanquam litigantes: ex utroque enim causa videtur inculta, aut dignitatibus injuriam sustinentibus, aut judiciali scheme indigne procedente. Post magnificentissimos igitur illustres, omnibus licentia sit voluntibus procuratores ordinandi, et per se litis exercere, nulla ex hoc neque prohibitione, neque danno, neque pena inferenda eis.

EPILOGUS.

Tua igitur eminentia, quæ visa sunt nobis, et per hanc sacram declarata sunt legem, omnibus faciat manifesta, quæ moris sunt super his agens. — Dat. prid. non. Jun. Constantinop., P. P. imper. DN. JUSTIN. AUG. anno 12, JOANNE V. C. Cons.

Tit. XXVI. — 1. L. 25, C. de procuratorib. — 2. Authent. Hoc jus, C. d. 1. — 2. L. ult. C. de injur. — 4. L. 3, C. ubi senatores.

COLLATIO SEXTA.

TIT. I.

UT HI QUI OBLIGATAS SE HABERE PERHIBENT RES MINORUM AUT OBLIGATI SUNT EIS, AD EORUM GUBERNATIONEM PENITUS⁴ ACCEDANT: ET CURATORES NULLO⁵ MODO SUSCIPANT CESSIONES ADVERSUS EOS: QUORUM CURATIONEM AGUNT, AUT EGERANT: HÆC AUTEM GENERALITER VALEBUNT IN OMNI CURATIONE, IN QUIBUS PERSONIS LEGES CURATORES PREBENT: ET DE GUBERNATIONE PECUNIARUM COMPETENTIUM EIS, QUORUM NEGOTIA ADMINISTRANTUR: ET QUANDO EAS RECONDITI AUT MUTUARI OPORTET, AUT EX EIS REDITUS COMPARARI.

NOVELLA CONSTIT. LXXII.

Imp. JUSTIN. AUG. Joanni gloriōsiss. Orientalium prætoriorum praefecto, iterum exconsuli ordinario et patricio.

PRÆFATIO.

Omnia quidem legislatori reipublice in magna cura sunt, quemadmodum optime se habeant, et peccati nihil relinquunt: præcipue autem instrumenta minorum, et quæ circa eos curatio est, studiosa cura est eis qui proferendi leges a Deo licentiam percepunt: dicimus autem de eo qui imperat. Multas itaque causas audivimus, ubi administrantibus curatorialibus cessiones factas sunt adversus minores, sive puberes, sive impubes quidem in secunda tamen aetate constitutos: et mox efficiuntur corrum domini facultatum, aut non existentia forsan debita subentes, aut parvo pretio cessiones accipientes, corum quæ sunt undique fragiles: aut etiam celantes de suspecta existentia in minorum rebus, et ita cessiones accipientes secundum multas et plures occasiones. Quid enim homo ad malitiam semel deditus non adinveniat, ut minorum res proprias faciat?

CAP. I. Quætiores vel curatores pupilli vel adolescenti essa non possunt.

Hæc omnia lege corrige volumnus, præcipue illud, ut si quis obligatum habuerit minorem, aut ejus res: hunc non omnino ad curatorem ejus, vel si a legibus vocatur, accedere, quid enim non agat pro se dominus ejusdem existens, et adversarii rerum detentor nuper effectus? Propter hoc enim et illud sancimus, ut si apertissime manifestum est, quia is qui sit administrator, ipse est juri⁶ minoris obnoxius: neque ipse curator erit, necibi aut cautionem furetur, aut alias probations quæ erant minoris, corrumpt: et curatio fiat ei rerum interitus propriarum. Hoc itaque lege tutissima colligetur, ut nullus eorum qui obligatis perhibent habere res defuncti, ipsumque minorem et ejus res, aut etiam qui aperte obligatis existit, ad curationem ejus accedat: neque habeat licentiam tale aliquid agere.

CAP. II. Ut tutori qui factus est pupilli debitor aut creditor, curator adjungatur.

Sed⁵ ei si quis jam coram gerens, obligatum sibi effectum habeat minorem, in se forsan hereditate perlata cujuspiam, qui minorem habuit obligatum, aut alia hujusmodi occasione: non jam solum eum esse fidelem ad impuberum ad adolescentem curam, sed conjungi tutorum alterum aut curatorem, (hoc quod in plurimis legum casibus invenimus) ut custodiat ille, ne fiat adversus adolescentem, aut ejus substantiam, ab eo, qui eum habet obligatum, in medio ulla malignitas: sed hoc ipsum observet, ejusque iusprandum, iurans in ordinatione, quia hoc custodiel, etiam eam, quæ ex proditione ad concuratorem penam est, reformandas.

CAP. III. Ut a tutela vel cura nullus debili prætextis excusat nisi hoc probaverit.

Ut autem non denus recusationem omnibus hominibus tutela vel cura, si dicant quia obligatas habent res adolescentium, aut aperte obligati sunt, sancimus, si quis dixerit obligatum se habere minorem, aut ejus res, aut etiam minoris parentes, mox ostendere hoc ipsum recusationis tempore apud eum qui dedit curatorem, et absolvi: aut si incursum est hoc, præ-

beat ad sancta eloquio iusjurandum, quia ex veritate obligatum eum se habere credens⁶ recusat: et si hoc factum fuerit, tutelam non continere, neque curam: sed eum ab ea re procul expelli, ne ex hoc ipso hostem, et non curatorem adolescentulu prebeamus.

CAP. IV. Si tutor vel curator se debitorem vel creditorem esse ab initio tacuerit.

Si vero tacuerit in initio hoc, et factus fuerit curator: sciat omni actione adversus minorem, si vera fuerit, se casum, propter hoc quod ex studio adversus hanc nostram legem firmetur. Sed si quis aperte obligatus existens tacuerit, sciat etiam iste, quia sustinebit penam, quod non possit redhibitionibus aut alii solutionibus debiti se miscere tempore curationis forsan arte compotis.

CAP. V. Ut curatores nullo modo cessiones suscipiant adversus minores.

Quod si quis (sicut dictum est) factus curator, deinde minoris res fuerit perscrutatus, et cessiones in' semetipsa, aut per donationem, aut per venditionem, aut alio quilibet egerit modo: sciat omnino infirmum esse quod ab eo fuerit factum: et neque per se, neque per interpositam personam tale aliquid agi: sed undique invalida haec fieri, tanquam si neque ab initio facta fuerint. Manifestum est namque, quia si in tam cogitationem incidet, omnia agi et disponi ad interitum sue animæ, et ad rerum, quæ ejus quasi videntur, utilitatem. — § 1. Et non solum donec fuerit curator: prohibemus eum ab hujusmodi cessione: sed neque postea gerere concedimus: ne forsan hoc considerans, abscondat rem, et præordinans illud male, postmodum dum a cura cessaverit, et latere fecerit quod maligne egerit, forte jam nunc non curator existens cessiones accipiat, et rem maligne disponat. Tunc enim infirmum esse volumus quod agitur, et non possit ullam actionem valere cessa adversus eum, cuius prius curam administraverat, sed pro non facto id esse, et lucrum fieri adolescenti: licet haec cessione pro veris causis facta sit: non ut remeat rursus ad eum qui cessit, tanquam si nihil quasi in medium contra legem visum fuerit actum: sed cadat ab eis, quæ ex hoc sunt quiesca propter transgressionem nostræ legis, et haec minorem lucrari. Nam si non hanc imposuerimus penam: facilia erunt ea quæ sunt malignitatis, et eum qui cessit, faciet iterum movere: et per medium ea que sunt cessionis, recipiet, legem per suam malignitatem circumveniens. Et hec dicimus in omni curatore, in quibus omnino curas aliquorum introducunt leges, prodigorum forte, aut furiosorum, aut amentium, aut si quid aliud iam lex dixit, aut si quid inopinabile natura adinvenerit.

CAP. VI. De administratione pecunia pupilli vel minorum.

Quoniam⁸ autem videmus curatores, quicunque Dei memoriam habent, ad curam difficulter accedere (nam plurimis voluntibus ea que minorum sunt impie in se vertere, amabilis est res et appetibilis) videmus autem præcipue difficultem esse curatorum causam propter feneratorum necessitatem: sancimus nullam⁹ necessitatem ex legibus esse curatoribus minorum pecunias fenerare, sed caute reponere et reservare: quoniam melius est eis in antiquis tutamen manere, quam usuraram appetitione etiam antiqua pecunia cadere, et perlicitari quidem curatorem, si non mutuaverit, rursus autem si mutuaverit, periculum sustinere, facto forsan in debitis detrimento. Si vero ipse sponte mutuare volerit, sub obligatione forte pignorum, aut sub aliis, quæ putantur indubitate, cautelis: tunc habeat quidem duorum mensium per singulos annos inducias, hoc quod leges laxamentum vocant: sciat autem mutui periculum omnino ad se venturum.

CAP. VII.

Si vero habeat redditus sufficiens, is cujus cura administratur, eos expendat. Si vero plus sint, quam sufficiat, quod plus est, reponat. Quod si mobilis forte eis ejus cura administratur, substantia est: tunc illud solum mutuare curator cogatur, quantum ad dispensationem sufficiat adolescenti, ejusque rebus: quod vero plus est, caute recondatur. Licet autem ei cum omni subtilitate perscrutari, si aliquos forsan inventire potuerit redditus, et comparare minori ex abundantibus pecunias, modicis functionibus publicis obligatos: venditorem vero habentes idoneum, et opulentos redditus existentes: damus enim ei licentiam et hoc agere: scienti quia si quid horum neglexerit, hujusmodi emptionis ipsum respiciet periculum.

CAP. VIII.

Si vero tantum solummodo sit minoris aurum cujus usura vix cum ei qui ejus sunt pascere, et aliquam aliam ei præbere vite dispensationem sufficiat: tunc necessitatibus ratio nos etiam ad hoc vocat, ut cura

11. L. 15, C. de sentent. et interloc. — 12. N. 79, c. 2.

Tr. I. — 1. Abrogator L. 8, C. qui dare tutores: L. 7, C. de excus. tut. — 2. Abrogator L. 15, § 1. L. 15, L. 55, § 3, D. de administr. et peric. tut.; L. 24, C. de adm. tut. — 10. D. de reb. cur. qui sub tut. — 5. d. L. 8, C. qui dare tut. — 4. d. L. 7, L. de excus.

5. Authent. Minoris, C. qui dare tutores — 6. Fac. L. 6, § 18, D. de excusat. — 7. d. L. 15, D. authent. Quod nunc, C. de curat. farios.